



Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

CLIII. Der Bischof und das Domcapitel zu Brandenburg vereinigen die Kirche zu Schartow mit dem Stifte U. L. Frauen in Magdeburg, 1309.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

CLI. Die Grafen von Anhalt bekunden die von Burchard von Barby mit Consens des Bischofs Volrad von Brandenburg vorgenommene Gründung eines Stiftes bei der St. Bartholomäikirche in Zerbst, am 10. Dez. 1308.

I. N. D. Nos Albertus dei gratia Comes de Anhalt et filius noster Sigfridus — protestamur, quod Nobilis Dominus Burchardus de Barboy de Parochia Sancti Bartholomei in Cerwift Canoniam diuina inspirante Gratia instaurauit, cui addidit Ecclesiam in Leptow consentiente Venerabili Patre domino Wolrado Brandenburgensis Ecclesie Episcopo piisque factum pre deuotionis auxilio auctorante — — Datum in Castro Cerwift. Anno Domini M. CCC. VIII. Quarto Idus December.

Ausführlich in Beckmann's Anhalt. Hist. III, 203, 204.

CLII. Bischof Friedrich von Brandenburg verleiht der St. Gertraud-Kapelle zu Quedlinburg einen Ablass, am 19. Juni 1309.

Fredericus, dei gratia Brandenburg ecclesie Episcopus — cupientes Capellam extra muros ciuitatis Quedelingebruch in honore S. Gertrudis Virginis dedicatam congruis honoribus frequentari, — omnibus vere penitentibus — XL dies indulgentie cum vna karena — relaxamus, dummodo Diocesani consensus ad hoc acceperit et voluntas. Datum Gatersleue, anno Domini MCCCIX, in die Geruasii et Prothasii martyrum gloriosorum.

Nach Grath Cod. dipl. Quedl. 355.

CLIII Der Bischof und das Domcapitel zu Brandenburg vereinigen die Kirche zu Schartow mit dem Stifte U. L. Frauen in Magdeburg, 1309.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Fredericus, Dei gratia Brandenburgensis ecclesie episcopus, Johannes prepositus Waltherus prior, totumque capitulum eiusdem ecclesie, uniuersis tam presentibus quam futuris in uero salutari salutem et sinceram in domino karitatem. Sicut ingritudinis uicium fluente gratie et fontem liberalitatis exsiccat, sic utique gratitudinis uirtus accendit animos deuotorum in amplioris fidei et plenioris sinceritatis affectum. Vt ergo purum fiat, quicquid circa deuotos agimus et sincerum statim ipsorum cupimus ampliari potius, quam arctari. Postquam ergo ex quadam permutatione ius patronatus ecclesie parochialis sancti Sebastiani in uilla Schartowe dyocesis Brandenburgensis ad honorabilem uirum dominum prepositum et ecclesiam seu monasterium beate Marie uirginis in Madeburch ordinis Premonstratensis, titulo permutationis fuisse translatum, considerantes qualiter prefata ecclesia sancte Marie tam iugiter quam preclare pre ceteris sit deuota ac prefulgeat corpore reuerendissimi patris Norberti, qui ibidem memoriter tumba requiescit, attendentes quoque, quomodo nostra ecclesia cum similibus salutaris gaudeat et fulciatur edictis Norbertinis, Cu-

pientes nunc oportuno tempore predictam ecclesiam beate Marie aliquo speciali salutari ad honorem Dei patris omnipotentis ac ad laudem alme uirginis Marie iam dicte ecclesie patrone, nec non ad decorem ferrenissimi patris Norberti ex meritis, deliberatione dudum prehabita, ut presentia cedant in capacitatis memoriam in futuro, uolumus et ordinamus infra scripta nostram ordinationem ac incorporationem in perpetuum ualituram uidelicet, quod Plebanus quicumque seu Rector ecclesie prefate in Scharthowe, qui pro tempore fuerit, VI. marcas argenti Stendalgenfis, Magdeburgenfis ponderis, et octo choros diuersi generis annone supradictis preposito, qui pro tempore fuerit et ecclesie sancte Marie singulis annis in perpetuum et cunctis temporibus seculorum de redditibus et prouentibus ipsius ecclesie annualibus in Scharthowe ad usus prefati prepositi ac ipsius ecclesie perfoluet, presentabit, donabit atque dabit ad diem sancti Martini hiemalem, quas VI. marcas et octo choros ad usus dicte ecclesie sancte Marie in Magdeburg incorporamus, ad quam etiam prestationem et perfolutionem reddituum predictorum sepedictis preposito et ecclesie sicut premittitur, sic libere, sic pie faciendam omnem qui in dicta ecclesia parochiali plebanus seu rector ecclesie parochialis inuentus fuerit, aut se pro plebano uel rectore gesserit uel habuerit, cuiuscunque status uel conditionis fuerit, singulis annis nunc et in perpetuum uolumus obligari. Si uero quoquo modo talis rector prefate ecclesie parochialis contra predictam nostram ordinationem nouiter aut in solutione predictorum reddituum negligens seu rebellis fuerit, aut quicquam fecerit, per se uel per alium aliqua causa uel ingenio de iure uel de facto, sub pena dupli dicte summe VI. marcarum et refectione dampnorum et expensarum litis et extra ad predicta sciat se teneri et pena soluta uel non predicta damna et singula rata et firma permaneant et perdurent. Ne igitur beneficium sicut premittitur, gratanter factum fiat nobis et ecclesie Brandenburgensi in posterum inutile et dampnosum in omnibus premissis prout narrata sunt et narrantur, iura episcopalia ecclesie nostre Brandenburgensis ac prepositi eiusdem ecclesie et loci in uniuersis et singulis ac in cathedralico, synodatico et synodalibus suo tempore dandis et prestandis, nec obstantibus nec preiudicantibus premissis, nobis retinemus semper salua. Ad hec adiciamus, quotienscunque quandocunque et ubicunque ab episcopo Brandenburgensi qui pro tempore fuerit, seu ab ipsa ecclesia Brandenburgensi contigerit fieri in ipsa dyocesi Brandenburgensi in clericos seu clericos precariam exactionem, seu subsidium generale uel speciale, exnunc prout ex tunc precariam exactionem seu subsidium, quoad estimationem uiginti et octo frustorum reddituum nobis et ecclesie Brandenburgensi retinemus, Hoc est, predicta ecclesia sancte Marie in Magdeburg una cum prefata parochiali ecclesia in Scharthowe seu rectore eiusdem ecclesie in Scharthowe, qui pro tempore fuerit, nomine ipsius ecclesie parochialis pro uiginti et octo frustis in tali precaria exactione seu subsidio contribuere et soluere tenebuntur nobis et ecclesie Brandenburgensi, que summa XX. et octo frustorum fuit, est et erit uetus et antiqua estimatio ecclesie in Scharthowe prelibate. Item eiusdem Plebanum seu rectorem ecclesie ad mandata nostra recipienda et illa exequenda ad omnia alia et singula facienda, que subditi nostri et ecclesiarum rectores seu Plebani nostre dyoc. nobis et ecclesie Brandenburgensi faciunt et obediunt, obligatum esse uolumus et astrictum. Testes predictae ordinationis et incorporationis sunt, honorabilis uir, dominus Otto de Brena canonicus et cellerarius ecclesie Magdeburgensi, dominus Johannes prepositus ecclesie Brandenburgensis et totum eiusdem ecclesie capitulum, Albertus dictus Strom, notarius noster, et quamplures alii fide digni. Preterea protestamur, immo specialiter nobis referuamus et retinemus, quod propter dictam ordinationem et incorporationem et gratie factionem nostram, nullum preiudicium et incommodum de iure et de facto, quod nunc et quocunque tempore in posterum poterit suscitari, nobis et ecclesie Brandenburgensi uolumus generari, sed secundum nostrum arbitrium

et placitum in dicta ecclesia in Scharthowe plene nobis retinemus potestatem et voluntatem; cuncta et singula facere, que in parochiis et ecclesiis parrochialibus nostre dyoc. facimus aut in futurum faciemus, nec non Plebanum seu rectorem dicte parrochialis ecclesie, qui pro tempore fuerit, in his et in similibus et aliis ecclesiis parrochialibus nostre dyocesos requiruntur et exiguntur per presentes nostras literas et presentem nostram protestationem ordinationem et conseruationem uolumus obligari. Vt autem predicta nostra ordinatio et incorporatio et omnia predicta, sicut a bona uoluntate et liberalitate nostra procedunt, perpetua stabilitate ac sollicitudine ac futuro tempore firma et inconvulsa a cunctis fidelibus habeantur et obseruentur, presens inde priuilegium conseribi precipimus, nostrarum imaginum impressionibus et sigillorum nostrorum munimine roboratum. Actum et datum anno Domini Millefimo trecentesimo nono. Pontificatus nostri Fred. ante dicti episcopi.

Ludwig, Reliquiae Diplomatum Bd. II, S. 469—473.

CLIV. Der Erzbischof Borchard von Magdeburg bestätigt die Uebereinkunft zwischen dem Bischof von Brandenburg und den Markgrafen v. J. 1238, am 9. Aug. 1311.

Borchardus, dei gratia sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus, — litteras infra scriptas non cancellatas, non abollitas sed omni suspicione carentes sub sigillis pendentibus, de quibus in fine earundem litterarum fit mentio, vidimus et plene ac totaliter legi ac recitari audimus in hec verba: Eggehardus dei gratia etc. In cuius rei testimonium presens scriptum a litteris prefatis transumptum appensione sigilli nostri ad instantiam venerabilis fratris nostri domini Frederici, Brandenburgensis episcopi, fecimus fideliter communiri. Datum Magdeburgh anno domini M^o. CCC^o. undecimo, in vigilia beati Laurentii martyris, pontificatus nostri anno quarto.

Nach dem Original.

CLV. Der Markgraf Woldemar vereignet dem Altare des heil. Antonius in der St. Katharinenkirche einige Renten, am 29. Aug. 1311.

Noverint uniuersi tenorem presentium inspecturi, quod nos Woldemarus, dei gratia marchio Brandenburgensis et Lusatie sacrique imperii Romani archicamerarius, ob jugem et perennem magnificorum principum, marchionum Brandenb. felicis recordationis, predecessorum nostrorum, nostre, heredum et successorum nostrorum animarum memoriam nec non ad instantiam diligentem strenui viri Hincrici de Gladow, militis nostri fidelis dilecti, appropriavimus et appropriare decreuimus per presentes annuatim dimidium talentum cum quarto dimidio solido Brandenburgensis monete in theloneo nostre civitatis nove Brandenburg altari beati Antonii in ecclesia beate Catharine ejusdem civitatis nove Brandenburg perpetuis temporibus sine inquietatione qualibet quiete et pacifice percipiendum, renunciantes pro nobis, heredibus et successoribus nostris omni juri, actioni et impetitioni, que nobis in premissis redditibus competebant vel competere potuerint aliquo modo in futurum. In cuius rei